colatur adde Mell. Unc. duas, coque ad despumationem; vel: Rec. Hord. perlat., Passular. āā Unc. semis, Caricas quatuor, Rad. Liquir. Drachm. duas, — Enulae, — Ireos Florent., — Calam. arom., Hb. Nicotian. sicc. āā Drachm. unam, — Farfarae, — Hederae terrestr., — Erysimi, — Saniculae āā Unc. semis, Sem. Foenic., — Anisi (sub finem addend) āā Drachm. duas, fiat decoct. in Hydromell. Libr. quatuor ad remanent. Libr. duarum et semis; cola

HYDROMEL VINOSUM, Vinum mellitum, Vinum ex Hydromellite. Honigwein, Meth. *Hydromel vineux.*

Ph. Gall. 1818: Rec. Mell. albi exquisiti Libr. sex et dimidiam, Aq. commun. tepidae Libr. triginta tres, Fermenti Cerevisiae Unc. duas; *solutis* in aqua fermento et melle, liquor doliolo exceptus ad fermentationem reponatur in loco tepido, usque dum odorem vinosum acquisiverit; liquorem siphonis ope clarum decanthatum serva. Auctorum discrepantiam perlustrare nil attinet.

HYDROSULPHAS sive HYDROSULPHURETUM AMMONIAE vid. Liquor fumans Boylei, — ANTIMONII vid Kermes minerale et Sulphur auratum Antimonii, — CALCIS vid Liquor Hepatis Sulphuris calcarei et Rusma.

HYDROSULPHURETUM NATRI *s. Sodae*, Sulfuretum sodicum cum aqua. Schwefelwaſſerſtoff-Natron, Hydrothionnatron. *Hydrosulfate de Soude.*

Rec. Lixivii caustici natrini, pond. spec. 1,210, quantum vis, immitte in lagenam satis amplam, cujus nisi dimidia pars impleatur. Tum ex lagena altera, quae gas evolvendis apta est, extricetur gas hydrosulphuratum ex Ferro sulphurato et Acido muriatico crudo, et per tubum biscurvum lege artis in Lixivium causticum natrinum perducatur, quamdiu ab illo absorbebitur. Quod si fieri cessaverit, et lagena gas hydrosulphuratum valde redolebit, aptum epistomium impone, et in lagena, in locum frigidum seposita crystallos concrescere sine. Has in infundibulo eguttatas et charta bibula leviter pressas atque siccatas in vase vitreo, ex toto fere replendo et optime claudendo serva. Pro aquis soteriis hepaticis.

HYDROSULPHURETUM POTASSAE vid. Liquor Hepatis Sulphuris salini.

HYDROSULPHURETUM STIBII, s. stibiosum, s. stibicum, vid. Kermes minerale et Sulphur auratum Antimonii.

## † HYOSCYAMIUM. Hyoscyamin. *Hyoscyamine.*

Rec. Seminis Hyoscyami quantum vis. Contusum extrahatur cum Spiritu Vini rectificatissimo, cui antea quinquagesima sui ponderis pars Olei Vitrioli admixta fuerit. Extractio calore atque expressione adjuvetur. Liquori filtrato insperge Calcariam ustam pulveratam, ut non solum acidum saturetur, sed et virtus alcalina parum excedat; denuo filtretur et liquor iterum cum Oleo Vitrioli saturetur, donec acidum parum praevaleat. Spiritus Vini tum blanda destillatione eliciatur ad quartae partis remanentiam; residuum in patina aperta lenissimo calori exponatur, donec Spiritus Vini omnis in auras abierit. Residuum saturetur cum solutione Salis Tartari et filtretur, si praecipitatum efficitur. Liquori filtrato magna vis solutionis Salis Tartari adjiciatur, et miscela cum Naphtha Vitrioli concutiatur, quamdiu nova copia infusa aliquid dissolvat, quod evaporatione guttularum paucarum in cochleari argenteo dignoscitur. Naphtham lenta destillatione elice, residuum aqua destillata suscipe, filtra, liquori admisce duplum pondus Liquoris anodyni Hoffmanni (ne Hyoscyamium a carbone animali praecipitetur) et tamdiu cum carbone animali concute, donec omnino decolor factus sit. Iterum filtra, ex liquore decolore Naphtham et Spiritum destillatione evoca, et residuum sub campana antliae pneumaticae cum Oleo Vitrioli juxtaposito, exsicca, quamdiu ponderis diminutio fiet.

Sint crystalli decolores aciculares, stellatim coacervatae, saepius quoque massa tantum glutinosa, pellucida. Si tinctae apparent, denuo cum carbone animali tractentur. *Hyoscyamium bene siccum odorem non spargit, humidum vero odorem nauseosum*, intoxicantem, Nicotianae non omnino absimilem; saporis est nauseosi, acris. Aqua facile dissolvitur; solutio decompositioni obnoxia, praecipue Alcali quovis praevalente. Chartas exploratorias tinctas Alcalium modo vertit.

*Vis:* narcotica, facile nociva, deleteria; irin oculi vehementer dilatat.

*Usus:* adhuc nullus. Quum in eo Herbae et Extracti Hyoscyami summa vis habitare creditur, medicorum scrutationi commendari dignum est. Nec tamen eo Extracto Hyoscyami egeri posse in re medica supposuisse videmur.

HYPEROXALAS POTASSAE vid. Sal Acetosellae (I, p. 298).

HYPEROXYDUM BARYI vid. Baryta hyperoxygenata (p. 128).

HYPOCHLORIS CALCICUS IMPURUS vid. Calcaria chlorosa (p. 145).

HYPOCHLORIS SODICUS AQUA SOLUTUS vid. Liquor Labarraque.

HYPOSULPHIS SODICUS vid. Natrum hyposulphurosum.

ILICINUM a Deleschampsio principium proprium Ilicis Aquifolii Lin. nuncupatur, quod e Foliis praeparasse affirmat. Viribus febrifugis gaudere fertur. Methodus parandi per longas ambages perducta est, et quod elicitur, an sit chemice distinctum atque purum, in multam dubitationem incurrit. Est enim ma-

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0489-2
DFG

teria fusca, extractiva, aëri exposita humorem avide colligens, peramara. Usus adhuc nullus, quare praeparationem, exponere supervacaneum duximus.

**INFUSO-DECOCTUM**, Aufguß-Abkochung, eo paratur, ut ex materia vegetabili primum infusione aquae fervidae vel tepidae partes volatiles atque persolubiles extrahantur; et post colationem residuum cum majore aquae vi coquatur. Colatura decocti per se plerumque inspissatur ad terminum quemdam indicatum, tum liquores ambo junguntur, et medicamenta cetera addenda adduntur. Plurimum tantis ambagibus non egetur, sed infusio semel vel bis repetita, ita ut liquidum in portiunculas diffractum adhibeatur, est anteponenda.

INFUSO-DECOCTUM ARNICAE SPIRITUOSUM Brückneri.

Rec. Flor. Arnic. Unc. unam, concisis infunde Alcoh. Vini Unc. duas, Aq Cerasor. nigr. Unc. sex; digerantur leni calore in vase bene clauso per horas duas saepius agitata Post refrigerationem colentur et residuum antea fortiter expressum coquatur cum Aq. comm. Unc. sedecim leni igne in vase tecto ad reman. Unc. sex. Coletur, residuum fortiter exprimatur; ambabus colaturis commixtis addantur Liq. anod. Hoffm. Drachm. duae, Syr. Cinnamomi Unc. una.

INFUSO-DECOCTUM CALAMI ET ARNICAE VINOSUM Vogt.

Rec. Flor. Arnic. Unc. semis, Rad. Calami arom. Drachm. sex, conc. infunde Vini albi gener Unc. quatuor et digere loco tepido per horas quatuor; dein cola et residuum expressum coque cum Aq. comm. s. q. ad reman. Unc. quatuor, colaturis ambabus mixtis adde Extr. Nucis vomic. spir. Gran. octo, Syr. Seneg. Drachm. sex.

INFUSO-DECOCTUM CARYOPHYLLATAE Vogt.

Rec Rad. Caryoph. Drachm. sex, Cort. Cinnam. Drachm. duas Inf. Aq. ferv Unc. sex, Spir. Vini rect. Unc. duas; stent in digestione tepida in vase bene clauso per horas duas; dein cola cum expressione et residuum decoque cum Aq. fluviat. s. q. ad reman. Unc. sex; colaturis ambabus commixtis adde Elixir. Vitriol. Mynsichti Unc. semis, Syr. Rub. Id. Unc. duas.

INFUSO-DECOCTUM CASCARILLAE Sundelin.

Rec. Cort. Cascarill. Drachm. sex. Infunde Aq. fervid. q. s. ad colat. Unc. sex. Residuum Corticum coque ex Aquae Unc. decem ad colat. Unc quatuor. Misce et adde Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

INFUSO-DECOCTUM CASCARILLAE ET ANGUSTURAE VINOSUM Vogt.

Rec. Cort. Cascarill., Angustur. āā Unc. semis, infunde Vini Gall. rubri Unc. sex, digere in vase bene clauso loco tepido per horas sex, dein cola et exprime. Residuo affunde denuo Aquae comm s. q. et coque per $\frac{1}{2}$ horam. Colat. Unc. sex cum infuso vinoso mixtae adde Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

INFUSO-DECOCTUM CHINAE COMPOSITUM Ebermaier.

Rec. Cort. Chinae opt., Rad. Caryoph. āā Drachm. sex. C., cont. infundantur Aq. Cinnam. spir Unc. octo Digerantur leni calore in vase clauso per horas sex. Post refrig cola et residuum antea bene expressum coque cum Aq. comm. Unc sedecim ad remanentiam Unc. octo; colaturas junge, adde Tinct. aromat. acid. Unc. duas.

INFUSO-DECOCTUM COLUMBO VINOSUM Ebermaier.

Rec. Rad. Columb. Unc. unam, Cort Aurant. Curass. Unc. semis Conc. et cont. infunde Vini Gallici opt. Unc. octo. Digere leni calore per horas quatuor in vase clauso saepius agitata. Deinde cola et coque residuum expressum Aquae font. Unc. duodecim ad reman. Unc. sex; colaturae cum infuso vinoso mixtae adde Tinct. Cinnam. Unc. semis, Syr. Cort. Aurant Unc unam semis.

INFUSO-DECOCTUM MILLEFOLII ET SALVIAE Vogt.

Rec. Summit. Millefol., Hb. Salviae āā Drachm. tres, Sem Anisi stell. Drachm. unam. Conc. et cont. infunde Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. octo. Residuum expressum coque cum Aq. comm. s. q. per horam ad reman. Unc. octo; colaturas misce.

INFUSO-DECOCTUM SALICIS Bremeri.

Rec. Cort. Salicis Unc. quatuor, Spir. Frumenti Unc. octo, Aq. comm. Unc. sedecim, digere in vase tecto et cola; residuum coque cum Aq. comm. Unc. triginta ad dimidii remanentiam, cola, colaturas junge.

INFUSO-DECOCTUM SASSAFRAS COMPOSITUM Vogt.

Rec. Ras Ligni Sassafr. Unc. semis, Rad. Calami arom. Drachm. duas, infunde Aq. ferv. Unc. decem et digere per horam loco tepido in vase bene clauso, tunc cola cum expressione et residuo infusionis adde Rad. Sarsaparill. Drachm sex, Bardan Unc. semis. Coque cum Aq. comm. s. q. per horam et colat. Unc octo misce cum Liquore infusionis.

**INFUSUM, INFUSIO.** Aufguß. *Infusion, Hydrolé;* ab infundendo dicitur, quia materiae medicatae aqua fervida infusa extrahuntur. Brevissime agitur, atque sine suppellectilium magno apparatu, si aquae (communis vel destillatae) copia descripta sola in vase idoneo ad ebullitionem usque calefacta materiis in pyxide stannea contentis superfunditur. Miscela semel agitanda est, ut omnia bene submersa atque aequabiliter irrigata sint. Pyxis operculo obtecta seponitur per horae quadrantem vel dimidium, vel donec frigefacta sit. Digestione longiore si egetur, pyxis infusoria in locum tepidum, vel calidum vel in balneum aquae est reponenda.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0490-6 DFG

Pro majoribus infusorum parandum copiis haec methodus optime quadrat; at pro exiguis animadvertendum est, aquam fervidam pyxidis frigidae atque specierum contactu nimis refrigescere, quam quae efficaciter extrahere posset. Pyxis ergo aqua fervida infusa et circumagitata, tum iterum effundenda calefiat. Post refrigerium, vel tempus constitutum elapsum, omnia colatorio injiciuntur, et liquor limpidus expressus servetur; residua in colatorio rejiciuntur. Colatoria e panno laneo confecta atque materiae extrahendae aquae partem aliquantulam retinent; ergo aquae tantillum ponderi colaturae antea adnumerandum est. Pro colatoriis laneis, quae immunditiei vituperium facillime incurrunt, quaeque medicamenti praevie parati saporem atque odorem infusioni insequenti impertiunt, pyxides e lamina ferrea stanno obducta confectas, et foraminibus angustissimis oblongis in formam litterae I excusis pervias in usum vocavi, quibus, quae spectavimus, consequi optime licuit. In balneo aquae sive apparatu Beindorfiano ita proceditur, ut pyxis, quae infusum contineret, in balneo vaporis aquae suspensa per aliquod tempus foveatur. Cetera uti supra. Infusiones, loco decoctionis, *laudandae sunt in plantis virtute aromatica, balsamica, volatili gaudentibus,* quae decoctione et quasi destillatione indolem aetheream per auras amittunt. Infusiones simplices ex materia singula et aqua pura paratae hic non referentur. Supponitur enim ubique ex Drachma una Infusi Unciam unam parari. (Cf. Decoctum p. 214.)

INFUSUM ABSINTHII. Wermuthaufguß.

Ex Hb. Absinth. Unc. una parentur infusi Unc. octo, sec. Augustin Libr. duae. Ph. Gall. mil.: Hb. Absinth., Rad. Liquir. āā Unc. semis, Aq. ferv. Unc. octo. Dictum *nitratum* sec. Brera: Hb. Absinth. Unc. semis, colat. Libr. unius adde Nitri Drachm. duas.

INFUSUM ADSTRINGENS. Zusammenziehender Aufguß.

Gray: Rec. Infus. Cuspariae Unc. unam, Tinct. Catechu Drachm. unam, Pulv. Ipecac. Gran. tria, Opii Gran. semis. Bories: Rosar. rubr., Quinque Myrobalanor. āā Unc. semis, Aq. comm. ferv. Libr. unam, colat. adde Syr. Granat. Unc. semis. (Cf. Infus. Quercus, Rosarum.)

INFUSUM ALEXITERIUM Brera.

Rec. Fol. rec. Menth. vulg. Unc. duas et semis, Summitat. Absinth. pont. rec., Rad. Angelic. rec., āā Unc. duas, Aq. comm. Unc. sexaginta. Fiat infusio, inde stilletur ad remanentiam Unc. viginti quatuor, quibus addantur Spirit. Vini Unc. triginta duae. (Cf. Infusum Serpentariae compositum.)

INFUSUM AMARUM. Bitterer Aufguß. *Infusion amère.*

Spielmann: Hb. Card. bened., — Chamaedr. — Chamaepit. āā Unc. semis, Hb. Centaur., — Hyperic., — Lupuli āā Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. quatuor et semis; cola. — Marcus: Spec. amarar. Unc. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. Dictum *cum Natro,* sive *alcalisatum* sec. Augustin: Rad. Gentian. Drachm. duas, Pomor. Aurant. immatur. Drachm. unam et semis, Cardamom. min. Drachm. semis, Salis Sodae Drachm. unam, Aq. ferv. Unc. sex, cola post horas sex. — Dictum *et Rorismarini:* Rad. Gentian., — Calami āā Unc. unam, Hb. Centaur. min. Drachm. sex, — Rorismar. Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. quatuor, colat. adde Elixir. roborant. Whyttii Unc. quatuor. (Cf. Infusum Gentianae compositum.)

INFUSUM ANGELICUM vid. Aqua laxativa angelica (p. 73).

INFUSUM CONTRA ANGINAM Buttneri.

Rec. Hb. Ledi palustr. Unc. unam, Rad. Ipecac. Gran. quatuor, Fol. Senn. Drachm. unam, infunde Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, adde Liq. Ammon. anisat. Drachm. unam, Sacch. albi Unc. unam.

INFUSUM ANGUSTURAE, s. Cuspariae, s. Bruceae.

Ex Unc. una Cort. Angusturae paretur Libr. una infusi. — Ph. Lond. 1809: ex Unc. semis, Ph. Lond. 1836: ex Drachm. quinque Infusi Unc. sedecim parari proponit. (In dysenteria adhibitum.)

INFUSUM ANTHELMINTHICO-INCITANS Brera.

Rec. Hb. Scordii Unc. semis, Aq. commun. q. s. ut fiat colatur. Unc. octo, adde Naphth. Vitrioli Drachm. semis.

INFUSUM ANTHELMINTHICUM, s. vermifugum. Wurmtreibender Aufguß.

Fuller: Rec. Sem. Cinae Unc. semis, Aq. Menth. Unc. quatuor, — Gentian. comp., — Cinnamom. āā Unc. duas, infunde per horam unam, colaturae adde Syr. Cichorei c. Rheo Unc. duas, Ol. Nuc. moschat. Gutt. duas. — Henke: Rad. Valerian., Sem. Cinae āā Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, adde Extr. Nuc. Jugland., Liq. anodyn. min. Hoffm., Tinct. Cort. Aurant. āā Drachm. semis. — Swediaur ex Musci Helminthochort. Unc. una infusi Libr. unam parari suadet. (Cf. Infusum Spigeliae.)

INFUSUM ANTHEMIDIS vid. Infusum Chamomillae.

INFUSUM ANTIARTHRITICUM Fuller.

Rec. Hb. Chamaepit. Unc. unam, Flor. Lavend., Theriac. Venet. āā Unc. semis, Vini rubri Unc. triginta duas, infunde, cola.

INFUSUM ANTIASTHMATICUM Wendt.

Rec. Rad. Valerian. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, adde Moschi Gran. octo, Liq. Cornu Cervi succin. Scrup. duos, Essent. Ambrae Drachm. duas, Syr. Flor. Aurant. Unc. semis.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0491-2
DFG

INFUSUM ANTIHYDROPICUM Swediaur. Rec. Infus. amar., — ad paralysin āā Libr. unam.

INFUSUM ANTISCORBUTICUM.

Van Mons: Rec. Hb. recent. Cochlear., — Nasturtii, — Trifol. fibr. āā Unc. unam, Rad. Bardan., — Patientiae, — Raphani āā Drachm. sex, contunde in mortario addendo Aq. comm. frigidae Unc s decim, cola, residuo denuo infunde Aq comm. Unc. sedecim, iterum cola; calefac liquores mixtos ad coagulationem faeculae, decantha, adde Syr Cort. Aurant. Unc. duas. — Sundelin: Hb Cochlear. rec. Unc duas, Sem Sinap. contus. Unc. semis, Vini Gall. albi Libr. duas, macera per triduum adde Spir. muriat. aether. Drachm. duas. (Cf. Infusum Armoraciae.)

INFUSUM ANTISCROPHULOSUM Wendt. Rec. Hb. Digit. purp. Scrup semis. *Inf. Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor. Digere per* ¼ *horae, adde Vini stibiati Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. unam.*

INFUSUM ANTISPASMODICUM Wendt. Rec. Rad. Valer. min. Drachm. duas. Inf. Aq. fervid. q. s ad colat. Unc. quatuor, adde Liq. Ammon. succin. Drachm. unam, Syr. Fl. Aurant. Unc. unam.

INFUSUM ARMORACIAE s. Seminum Sinapeos, s. Raphani, s. stimulans. Meerrettig-Aufguß.

Ph. Lond. (*Infus. Armoraciae compositum*): Rec. Rad. Armoraciae, Sem. Sinap. āā Unc. unam, infunde Aq comm. ferv. Unc. sedecim per horam, colaturae adde Spir. Armoraciae compositum Unc. unam. — Ph. Amstel. Spir. Armorac. omittit. — Ph. Herbip.: Rad. Armorac., Sem. Sinap., Conserv. Cochlear. āā Unc unam, Aq. ferv. Libr. duas, inf., cola. — Ph. Genev.: Rad. Armorac., Sem. Sinap. āā Unc. unam, Canellae albae Drachm. tres, Aq fervid. Libr. unam et semis, infunde, colaturae adde Aq. Anisi Unc. duas.

INFUSUM ARNICAE, s. Infusum Florum Arnicae. Wohlverleiblumen-Aufguß. *Infusion de Fleurs d'Arnica.*

Rec. Flor. Arnicae Unc. semis, infunde Aq. comm ferv. Libr. unam; post refrigerium cola; sec. Ph. Boruss. mil., Gall. mil. et Herbip. — Saunder: Flor. Arnic. Unc semis, Aq ferv q. s. ad colat Libr. duarum, adde Syr Capill. Vener. Unc. duas. — Henry-Guibourt ex Drachm. semis Infusi Unc. sedecim parari proponunt.

INFUSUM ARNICAE COMPOSITUM. Zuſammengeſetzter Wohlverleiblumenaufguß.

Ph. Dan. mil.: Rec. Flor. Arnicae Drachm. unam, Flor. Chamomill. Unc. semis, Hb. Menth pip. Drachm. duas, Aq. ferv. Unc. novem, infunde, cola.

INFUSUM ARNICAE EX RADICE Augustin.

Rec. Rad. Arnicae Unc. semis, Aq. fervid. Unc. sex, infunde, colaturae adde Gummi Arab. Drachm. unam.

INFUSUM ARNICAE VINOSUM Augustin. Rec. Flor. Arnic. Unc. semis, infunde Aq. fervid., Vini Gallici generosi calefacti āā Unc. sex, colaturae adde Syr. Cort. Aurant Unc. semis.

INFUSUM ASTRAGALI EXSCAPI.

Rec. Rad. Astragali exscapi Unc. unam, infunde Aq. ferv. Libr unam, col.

INFUSUM AURANTII COMPOSITUM. Pomeranzenſchalen-Aufguß.

Ph. Lond. 1809 et 1836, Suec.: Rec. Cort Aurant. sicc. Drachm. duas, Cort. Citri recent Drachm. unam, Caryophyll. Drachm. semis, Aq. ferv. Unc. octo; cola post digestionem per quadrantem horae.

INFUSUM AYA-PANAE.

Rec. Folii Eupatorii Aya-Panae Drachm. sex, Aq. fervid. Libr. duas, infunde, decantha.

INFUSUM BACCARUM JUNIPERI. Wachholderbeerenaufguß.

Ph. Bor. castr., Ruthen. castr., Herbip.: Rec. Bacc. Junip. Unc. unam, Aq. ferv. Libr. unam, infunde, cola; adduntur interdum Liq. anodyn. min. Hoffm. Drachm. duae, vel Tinct aromat., — Calami Unc. semis. — *Vis:* diuretica; in hydrope laudatur.

INFUSUM BACCARUM JUNIPERI COMPOSITUM, s. Infusum Juniperi, s. diureticum.

Saunder: Rec. Bacc. Junip. contus. Unc. duas, Aq Juniperi Libr. duas, digere blando calore per horas tres, colaturae adde Roob Juniperi Unc. duas, Oxymell. scillit. Unc. unam et semis. — Gray: Rec. Bacc Junip. contus. Unc. duas, Aq. ferv. Unc. sedecim, digere per bihorium, adde Spirit. Junip. comp. Unc. unam, Cremor. Tartari Drachm. unam et semis. Alia formula ejusdem: Bacc. Junip. Unc duas, Sem. Anisi Drachm. duas, Aq. fervid. Libr. unam, cola, aquam addens, ad colaturam Libr. unius, admisce Spir. Junip. Unc. duas, Tinct. Scillae Drachm. unam, Nitri Scrup. duos.

INFUSUM BECHICUM Sainte-Marie.

Rec. Flor. Papav. Rhoead Unc. duas, Spir. Vitrioli Gutt. quindecim, infunde Decocti Hordei Libr. unam colatur. adde Sacch. albi Unc. duas (Cf. Infus. Malvae.)

INFUSUM BELLADONNAE. Tollkraut-aufguß.

Ph. Suec.: Rec. Fol. Belladonn. pulv. Gran. decem, Aq. comm. ferv. Unc. duas, infunde, cola. — Vogt: Fol. Belladonn. pulv. Gran. viginti quatuor, infunde Aq comm. ferv. Unc. duas et semis, digere, cola liquorem adhuc calidum per linteum, adde Vini antimon. Drachm. unam, Syr. Seneg. Drachm. sex.

INFUSUM BORAGINIS, s. Florum Boraginis.

Ph. Sard.: Rec. Flor. Borag. Unc. unam, infunde Aq ferv. Unc quatuor, digere, cola. Alia formula: Flor. Borag. Unc. unam, Aq. ferv. Unc. triginta duas, colat. adde Syr. Capill. Ven. Unc. unam.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0492-8
DFG

INFUSUM BRUCEAE vid. Infusum Angusturae.

INFUSUM BUCHU vid. Infusum Diosmae crenatae (p. 473).

INFUSUM BUGLOSSI, s. Florum Buglossi Ochsenzungenblumenaufguß.
Ph. Sard.: Rec. Flor. Buglossi Unc. duas, Aq. ferv. Unc. octo, infunde, exprime.

INFUSUM BYNES vid. Infusum Malthi.

INFUSUM CALAMI, s. Calami aromatici. Kalmusaufguß.
Ph. Dan. mil.: Ex Drachma fiat Infusi Libr. una. — Ph. Bor. castr. Herbip.: Ex Uncia fiat Libra. — Vogt: Rec. Rad. Angelic., — Calami arom. āā Unc. semis, fiat infusum colat. Unc. sex, adde Extr. Fumar. Drachm. tres, Naphth. Vitrioli Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Drachm. sex. — Augustin: Rad. Calami arom. Drachm. decem, fiat infus. colat. Unc. octo, adde Aq. Menth. pip. (vel Cinnamomi) Unc. duas, Spir. Sal. dulc. Drachm. semis ad tres, Syrupi cujusvis Unc. unam.

INFUSUM CALAMI CUM AQUA CHLORI Niemann.
Rec. Rad. Calami arom. Unc. octo, Flor. Arnicae Unc. quatuor, infunde Aq. ferv. q. s. ad colaturam Unc. centum et viginti octo, adde Aq. Chlori Unc. quatuor.

INFUSUM CALAMI VINOSUM Augustin.
Rec. Rad. Calami arom. Unc. unam et semis, Vini rubr. Libr. unam, infunde, digere, cola.

INFUSUM CALCIS CINCHONATUM vid. Infusum Chinae cum Aqua Calcis.

INFUSUM CALUMBAE vid. Infusum Columbo.

INFUSUM CANNABIS. Hanfsaamenaufguß.
Swediaur: Rec. Sem. Cannab. cont. Unc. unam, inf. Aq. ferv. Libr. quatuor, digere per hor. 2, tum coque per sexagesimas tres ad quatuor et cola.

† INFUSUM CANTHARIDUM. Spanischfliegenaufguß.
Soubeiran: Rec. Pulv. Cantharid. Gran. viginti quatuor, Aq. ferv. Unc. quatuor. Ph. Hamb. paup.: Pulv. Canthar. Scrup. unum, Aq. Unc. tres. Dictum *acetosum*, Rennie: Pulv. Canthar. Unc. duas, Aceti Vini Unc. triginta duas, macera per dies 10, liquorem defunde, Cantharides tere cum Arenae subtilis pugillo, in lagenam remissas iterum per hebdomadem macera cum eodem liquore, cola. (Summa cum circumspectione propinandum.)

INFUSUM CAPILLORUM CANADENSIUM.
Henry-Guib.: Rec. Hb. Capill. canadens. Drachm. unam, Aq. ferv. Libr. unam, digere per horam cola.

INFUSUM CAPILLORUM VENERIS.
Ph. Gall. mil.: Rec. Hb. Capill. Ven. Unc. duas, Rad. Liquir. Drachm. unam, Aq. ferv. q. s. ad colatur. Unc. sedecim.

INFUSUM CAPSICI FRUTESCENTIS, s. Piperis Cayennensis. Cayennepfeffer-Aufguß.
Ellis: Rec. Piper. Cayenn. Drachm. unam et semis, Aq. ferv. Unc. octo. — Rennie: Piper. Cayennens. Gran. quatuor, Aq. frigid. Unc. quatuor, infunde per horas tres et filtra, residuo eandam Aq. fervid. copiam infunde, cola, liquores misce.

INFUSUM CARDIACUM. Herzstärkender Aufguß.
Fuller: Rec. Conserv. Rosar. rubr. Unc. unam, — Flor. Borag. Unc. duas, Cort. Citri condit. Drachm. sex, affunde Aq. Borag. Unc. novem, — Ulmar. Unc. tres, — Rosar. Unc. duas, macera frigide in mortario marmoreo, colaturae adde Succ. Chermes Unc. semis, — Citri Unc. unam, Syr. Rub. Idaei Unc. semis; trajice per manicam ut fiat limpidum. Hoc nomine quoque Infusum Serpentariae compositum appellatur.

INFUSUM CARMINANS Ph. Sard.
Rec. Flor. Chamomill., — Meliloti āā Manip. unum, Sem. Carvi, — Foeniculi āā Unc. unam, Aq. ferv. Libr. quatuor, infunde, cola.

INFUSUM CARYOPHYLLORUM. Gewürznelken-Aufguß.
Ph. Lond. 1836: Rec. Caryophyll. contus. Drachm. unam (1809 Scrup. duos), infunde Aq. dest. fervid. Unc. sedecim.

INFUSUM CASCARILLAE. Cascarilla-Aufguß.
Ph. Lond. 1836: Rec. Cort. Cascarill. Unc. unam et semis (1809 Unc. unam), Aq. frigid. Unc. tredecim, digere per nycthemeron, cola per linteum, et col. Libr. unius adde Napth. Vitrioli Drachm. unam et semis, Syr. Cinnamom. Unc. unam.

INFUSUM CASSIAE FISTULAE. Aufguß von Röhrencassia.
Henry-Guibourt: Rec. Cassiae Fistulae Unc. duas, Aq. ferv. Libr. unam, Cadet Libr. duas.

INFUSUM CASSIAE MARYLANDICAE.
Rec. Cassiae Maryland. Unc. unam, inf. Aq. ferv. Unc. octo.

INFUSUM CATECHU, s. Catechu compositum, s. Acaciae Catechu, s. Mimosae Catechu, s. Japonicum. Catechu-Aufguß. *Infusion de Cachou.*
Ph. Amer. 1820 (1831 omittit), Edinb., Lond. 1809: Rec. Pulv. Catechu Drachm. duas et semis, Cinnamomi Drachm. semis, Aq. ferv. Unc. sex ad octo, digere per horas duas, colat. adde Syr. simpl. Unc. unam. — Ph. Lond. 1836: Catechu Drachm. tres, cet. par.

INFUSUM CATECHU CUM OPIO. Catechu-Aufguß mit Opium.
Rec. Infusi Catechu praecedentis dosim, Tinct. Opii Drachm. duas.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0493-4
DFG

IAFUSUM CATHARTICO-ANODYNUM Van Mons.

Rec. Infus. Chamomill. vulg. Libr. unam, Sal. mirab. Glaub., Mannae āā Unc. duas, Tinct. Opii Drachm. unam.

INFUSUM CATHARTICUM vid. Potio purgans et Aqua laxativa (p. 74).

INFUSUM CATHARTICUM PRO CLYSTERE vid. Enema purgans (p. 367).

INFUSUM CARDUI BENEDICTI, — CENTAURII MINORIS, — CETERACH, — CHAMAEDRYOS ad formulam infusionum normalem praeparantur.

INFUSUM CHAMOMILLAE, s. Anthemidis. Chamillenblumen-Aufguß. *Infusion de Fleurs de Chamomille.*

Ph. Amer., Edinb., Lond., Scriptores: Rec. Flor Chamomill. vulg Drachm. duas, infunde Aq. ferv. Unc. octo, digere per sexagesimas decem horae, cola cum expressione. Pro Aquae copia Codices parum dissentiunt. Formula pervulgata Ph. Bor. castr., Ph. Ruth. castr., cet. ex Florum Unc. una Infusi Libr. unam parari docet. — Ellis: Rec. Flor. Chamom. Unc. unam, Cort Aurant. Unc. semis, Aqua frig. Libr. tres, macera per horas 24.

INFUSUM CHAMOMILLAE CUM SALE TARTARI, s. cum Subcarbonate Potassae.

Ph. Ruth. castr.: Rec. Infusi Flor. Chamom. Libr. unam et semis, Salis Tartari (vel Ciner. clavell. depur) Drachm unam

INFUSUM CHENOPODII AMBROSIOIDES Augustin.

Rec. Hb. Chenopod. ambros. Drachm. duas ad Unc. semis, Aq ferv q. s. ad colat. Unc. decem, Aq Menth pip. Unc unam.

INFUSUM CHIMAPHILAE Ellis.

Rec. Hb. Chimaphilae (Pyrolae Umbellatae) Unc. unam, Aq. ferv. Unc. sedecim, inf., cola.

## INFUSUM CHINAE, s. Cinchonae, s. Corticis Chinae calidum. China-Aufguß. *Infusion de Quinquina.*

Rec. Cort. Chinae Huanuco Unc. unam, infunde Aquae fervidae Unc. sedecim, digere per aliquot horas et cola.— Ph. Amer., Lond., hanc formulam secutae sunt. — Ph Edinb: Cort. Chinae Unc. unam, Aq. ferv. Libr. unam, macerentur per 24 horas. — Ph. Fenn.: Chinae Unc. duas, Aq. fervid. Libr. unam et semis. — Ph. Suec.: Chinae Unc. unam et semis, Aq. Unc. quindecim, et horarum trium macerationem.

INFUSUM CHINAE CUM AQUA CALCIS, s. Cinchonae cum Aqua Calcis, s. Calcis cinchonatum, s. Aqua Calcis cum China. Chinaaufguß mit Kalkwaſſer.

Ph. Amer. 1820: Rec. Cort Chinae pulv. Unc. unam, Aq. Calcis Unc. sedecim, digere per 24 horas. — Ph. Lusit.: Chinae Unc. duas, Calcis vivae Unc. unam, trituratis simul adde Aq. Calcis Unc. duas et semis, macera per 24 horas et cola. Formula inepta.

INFUSUM CHINAE COMPOSITUM, s. aquosum compositum.

Ph. Hisp.: Rec. Rad. Scorzonerae hisp. Unc unam, Sem. Citri contus. Drachm. duas, Aq. comm. Libr. sex, liquorem ebullitione ad Libr. quatuor remanent. consumtum infunde Cort. Chinae Unc. duabus, Rad. Contrajerv. Unc. uni, cola post horae quadrantem, adde Mell. Sambuci Unc tres. — Disp. Fuld.: Chinae Unc. unam et semis, Rad. Valerian. Unc. semis, Aq. ferv. Libr. duas, digesta per 12 horas cola. — Ph. Sard.: Chinae Drachm decem, Aq. ferv. Libr. unam, infunde per horae quadrantem, sub finem adde Rad. Serpentar. Virgin. Drachm duas, cola post duos dies. — Swediaur: Chinae, Cort. Cinnamom. āā Unc unam, Aq. ferv. Libr. unam, digesta per duas dies cola. — Nosoc. St. Barthol.: Chinae Unc. unam, Cort. Aurant. Drachm duas, Flor. Rosar. rubr. Drachm. tres, Aq. ferv. Unc. sedecim, colat. adde Spir. Vitrioli Drachm. unam et semis.

INFUSUM CHINAE FRIGIDUM, s. Cinchonae frigidum, vel Cinchonae sine calore (Ph. Dubl.). Kalter Chinaaufguß. *Infusion froide de Quinquina.*

Ph. Brunsv., Dubl., Herbip., Lipp.: Rec. Cort. Chinae pulv. Unc. unam, Aq. frigid. Libr unam; triturato cortici cum Aquae pauxillo reliquam sensim adjice, et interdum agitatae macerentur per 24 horas. — Ph. Fenn.: Chinae Unc duas, Aq. comm. Libr. unam et semis; Ph. Lusit.: Chinae Unc unam, Aq. comm. Libr. unam et semis, Ph. Ferr.: Chinae Drachm. sex, Aq. Libr. unam — Vogt: Cort. Chinae, — Cascarill. āā Drachm. sex; humectatis paululo Aquae Cinnamomi et in prelum Realianum immissis affunde Aq. Cinnamom. simpl. q. s. ut Libr. una extrahatur, cui adde Naphth. Vitrioli Drachm. unam et semis, Syr. Cinnamon. Unc. unam. — Burdach: Cort. Chin. reg. pulv. Unc. unam, Gummi Arab. Drachm. unam, tere exacte et sensim affunde Aq comm. frigid. Libr. unam, macerata per 12 horas cola.

INFUSUM CHINAE CUM MAGNESIA USTA. Chinaaufguß mit gebrannter Magneſia.

Ph. Hann.: Rec. Pulv. subtil. Cort Chin. Huanuco Unc. unam, Magnes ustae Drachm. duas, Aq. dest Libr. unam; miscela interdum agitata stet per 24 horas, tunc filtretur. — Ph. Amer. 1830: Magnes ust. Drachm. unam, cet par. — Augustin: Chinae Unc. unam, Magnes ust. Drachm tres, Aq fervid. Unc. octo (Usus pro iis, qui neque Chinam ipsam pulveratam, neque Decoctum vel Infusum calide paratum ferre queant.)

INFUSUM CHINAE ET SERPENTARIAE VINOSUM FRIGIDUM Augustin

Rec. Cort. Chin. Unc. unam, Rad. Serpentar. Unc. semis, infunde Vini albi Unc. sedecim, stent per dies 8 in loco frigido, tunc colentur.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0494-0
DFG

INFUSUM CHINAE CUM SUCCO CITRI v. Limonum.

Ph. Amer. 1830. Rec. Chinae Unc. unam, Succ. Citri Unc. duas, Elixir. paregor. Unc. tres, Aq. comm. frig. Unc. sedecim, post macerationem horar. 12 filtra.

INFUSUM CHINAE VINOSUM Augustin.

Rec. Chinae Unc. unam, Rad. Gentian., Cort. Cinnam. āā Drachm. tres, Spir. Vini Gall. Unc. octo, dig. per 24 horas.

INFUSUM CHINAE Werlhofii.

Rec. Pulv. subtiliss. Cort. Chinae Unc. unam, Vini Rhenani Libr. unam, stent in infusione frigida per 8 dies saepius agitata; infusum decanthetur.

INFUSUM CICERIS s. Seminum Ciceris s. Remedium Christiani contra bilem. Kichererbſen-Aufguß. *Infusion de pois chiche.*

Rec. Sem. Ciceris arietini pulv. Drachm. unam, Aq. ferv. Unc. quatuor, infunde, cola.

† INFUSUM CICUTAE s. Conii maculati. Schierling-Aufguß. *Infusion de Ciguë.*

Ph. Dan. mil.: Rec. Hb. Conii maculati sicc. Unc. unam, Aq. ferv. Libr. unam, digesta per horam colentur. — Gray: Hb. Conii, Sem. Coriandr. āā Drachm. duas, Aq. ferv. Unc. octo.

INFUSUM AD CIMICES. Aufguß zum Vertreiben der Wanzen.

Rec. Sem. Sabadill. Unc. duas, Aceti Libr. unam, digere per duos dies, cola.

INFUSUM CINCHONAE vid. Chinae.

INFUSUM CINNAMOMI ET VANILLAE Vogt.

Rec. Cinnamom. Ceylon., Siliquar. Vanill. āā Drachm. tres, f. infusum l. a. colat. Unc. sex, adde Naphth. Aceti Drachm. unam, Syr. Cort. Aur. Drachm. sex.

INFUSUM COCHLEARIAE ARMORACIAE vid. Infusum Armoraciae (p. 470).

INFUSUM COLUMBO, s. Colombae, s. Calumbae. Colombowurzel-Aufguß.

Ph. Lond. 1836: Rad. Columb. Drachm. quinque, Aq. ferv. Unc. sedecim. — Ph. Amer. 1831: Rad. Colomb. Unc. semis, Aq. fervid. Unc. sedecim. — Ph. Lond. 1809: Rad. Columb. Drachm. duas, Aq. ferv. Unc. sedecim. — Ellis: Rad. Colomb. Unc. unam, — Zingib. Drachm. duas, Aq. fervid. Unc. sedecim; vel: Rad. Colomb., — Rhei, Sem. Carvi āā Scrup. unum, Aq. ferv. Unc. octo, colat. adde Tinct. Rhei Drachm. unam, Syr. Zingib. Drachm. duas.

INFUSUM CONII vid. Cicutae.

INFUSUM CORT. CHINAE vel PERUVIANI vid. Infusum Chinae.

INFUSUM CROCI. Safranaufguß.

Ratier: Croci Drachm. unam, Aq. ferv. Libr. unam. — Soubeiran: Croci Gran. duo deviginti, Aq. ferv. Unc. sedecim.

INFUSUM CUSPARIAE vid. Infusum Angusturae.

INFUSUM CONTRA DIARRHOEAM Wendt.

Rec. Cort. Chin. reg. Unc. semis, inf. Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. trium, adde Extr. Ligni campech. Drachm. unam, Aq. Cinnam. simpl., Syr. Flor. Aurant. āā Unc. semis.

† INFUSUM DIGITALIS, s. Digitalis purpureae. Fingerhutkrautaufguß.

Ph. Amer., Edinb., Lond., Suec.: Rec. Fol. Digitalis sicc. Drachm. unam, inf. Aq. ferv. Unc. octo, colaturae adde Spiritus (Ph. Suec. Aquae) Cinnamomi Unc. semis. — Ph. Rutb. castr.: Fol. Digital. Unc. unam, Aq. ferv. Unc. viginti, colat. adde Tinct. aromat. Unc. unam. — Chelius: Fol. Digital. Drachm. semis, Aq. comm. ferv. Unc. sex, Liq. Cornu Cervi succinat. Drachm. duas, Oxymell. scill. Unc. unam.

INFUSUM DIGITALIS CUM CHINA Augustin.

Rec. Fol. Digital. Drachm. unam, Cort. Chinae Drachm. sex, Aq. ferv. Unc. decem, col. adde Tart. borax. Unc. unam, Aq. Cinnamom. vin. Unc. duas, Laud. liq. Sydenh. Gutt. triginta.

INFUSUM DIGITALIS CUM CINNAMOMO Augustin.

Rec. Fol. Digital. purp. Drachm. semis ad unam, Aq. comm. ferv. q. s. ad colat. Unc. septem, adde Aq. Cinnam. vin. Unc. duas, Syr. cujusvis Unc. unam.

INFUSUM DIOSMAE CRENATAE, s. Foliorum Buccu. Buccublätteraufguß.

Ph. Lond. 1836: Rec. Fol. Buccu Unc. unam, inf. Aq. comm. ferv. Unc. sedecim, digesta per horas quatuor cola.

INFUSUM DIURETICUM. Harntreibender Aufguß.

Ph. Hamb. paup.: Rec. Fol. Digital. Drachm. duas, Aq. ferv. Unc. octo, colat. adde Aq. Flor. Cass. Unc. duas, Spir. Nitri dulc. Drachm. duas. — Ellis: Rad. Petroselin. Unc. unam, Aq. comm. ferv. Unc. sedecim. — Gray: Cacuminum Spartii scopar. Unc. unam, Aq. ferv. Libr. unam, colat. adde Spir. Nitri dulc. Drachm. unam. — Sundelin: Hb. Digit. purp. Scrup. unum, Rad. Calami arom. Drachm. tres. Inf. Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quinque, adde Tartar. borax., Succi Junip. āā Unc. unam semis. — Alia formula: Rec. Rad. Scill. sicc. Drachm. semis, Seneg. Drachm. duas. Inf. Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quinque, adde Tinct. Colocynth. Scrup. unum, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam. — Wendt: Rad. Ipecac. Scrup. semis ad Drachm. semis. Inf. Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sex, adde Spir. Nitri dulc. Scrup. unum ad Drachm. unam, Succi Junip. inspiss. Unc. unam; vel: Rad. Helen. Drachm. unam. Inf. Aq. fervid. q. s. ad colat. Unc. quatuor, adde Kali carb., Aceto scillitico saturati, Drachm. semis, Syr. Flor. Aurant. Unc. semis. — Kopp: Rad. Serpent. Virg., Cort. Chin. reg. āā Drachm. duas. Inf. Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, adde Tartar. borax. Drachm. duas, Spir. Nitri dulc. Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Drachm. quinque,



Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0495-6
DFG

Succi Junip. Drachm. tres; vel: Rad. Serpent., Cort. Peruv. reg. āā Drachm. unam ad duas. Inf. Aq. ferv q. s. ad colat. Unc. quatuor, solve Tartari borax. Drachm. unam semis ad duas, Spir. Nitri dulc. Scrup. duos, Syr. Cort. Aurant. Drachm. quinque, Succi Junip. inspiss. Drachm. tres. — Richard: Fol sicc. Absinth Unc. semis, Tartar. tartar. Scrup. duos. Infunde Aq. bull. Libr unam. Stet in digestione per $1/2$ horam. Colaturae adde Aq. Junip. comp. Unc. duas. (Infusum Baccarum Juniperi diureticum quoque audit.)

INFUSUM DULCAMARAE, s. Stipitum Dulcamarae. Bitterſüßſtengelaufguß.

Rec. Stipit. Dulcamar. Unc. semis, inf. Aq. ferv. Libr. unam, digesta per horam dimidiam cola.

INFUSUM CONTRA DYSPEPSIAM Wendt.

Rec. Rad. Calami arom. Drachm. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. trium, adde Gummi Arab. Drachm. unam, Sacch. alb. Drachm. duas; vel: Rad. Galang., — Rhei āā Drachm. unam, Aq. ferv. q. s. ad colat Unc. sex, adde Sal. Ammon Gran. duodecim, Elaeosacch. Menth. pip. Drachm. semis.

INFUSUM EMMENAGOGUM. Reinigung befördernder Aufguß.

Sundelin: Rec. Hb. Rorismar., — Menth. pip. āā Drachm. tres, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sex, adde Naphth. Vitrioli Drachm. unam, Syr. Cort. Aur. Unc. unam. — Kopp: Hb. Sabin. Unc. unam, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. octo, adde Borac. Scrup. quatuor, Sacch. alb. Unc. unam.

INFUSUM EUPATORII PERFOLIATI.

Ph. Amer.: Rec. Hb. Eupatorii perfoliati Unc. unam, Aq. ferv. Unc. sedecim, dig., cola.

INFUSUM EXCITANS Ph. Lusit. vet.

Rec. Rad. Valerian., Fol. Aurant., Flor. Arnic. āā Drachm. unam, Aq. ferv. Libr. unam, inf., cola.

INFUSUM EXTR. MIMOSAE CATECHU vid. Infusum Catechu (p. 471).

INFUSUM FLAMMULAE JOVIS. Brennkrautaufguß.

Disp. Fuld.: Rec. Flor. Clematid. erect. Unc. semis, Aq. ferv. Unc. sedecim. Alii ex Drachm. duabus Infusi Libram parari volunt.

INFUSUM FLORUM PAEONIAE, — — PERSICORUM, — — ROSARUM PALLIDARUM ET RUBRARUM Ph. Hisp.

Rec. Petalorum recentium Libr. sex, infunde Aqua fervid. Libr. duodecim per horas octo in vase fictili vitreato; liquorem expressum et defaecatum serva in lagenis angustioris orificii Olei Olivarum strato superfuso; inservit Syrupis extempore parandis.

INFUSUM GALII LUTEI Ratier.

Ex Drachm. una fiat Libra una Infusi.

INFUSUM GALLARUM. Galläpfelaufguß.

Ph. Ferrar.: Ex Gallar. Unc. una Infusi Unc. octo parentur. Ph. Austr. ex Uncia Libram parari docet pro reagente exploratorio.

INFUSUM GENTIANAE COMPOSITUM, s. amarum Edinburghense officinale, s. amarum. Zuſammengeſetzter Enzianaufguß.

Ph. Lond. 1836: Rec. Rad. Gentian., Cort. Aurant. sicc. āā Drachm. duas, Cort. Citri recent. Unc. semis, Aq. ferv. Unc. sedecim. — Ph. Lond. 1809, Suec.: Rad. Gentian., Cort. Aurant. āā Drachm. unam, Cort. Citri recent. Drachm. duas, Aq. ferv. Libr. unam. — Ph. Edinb.: Rad. Gentian. Unc. semis, Cort. Aurant. Drachm. unam, Sem Coriandri Drachm. semis (Ph. Amer. Drachm. unam, cet. cum Edinb. congruit), Spir. Vini rect., Aq. comm. frigid. Libr. unam; primum Spiritus, post horas tres Aqua affunditur et absque calore maceratio instituitur. — Ph. Dubl.: Rad. Gentian. Drachm. duas, Cort. Aurant. Drachm. unam et semis, Cort. Citri recent. Unc. semis, Spir. Vini rect. Unc. quatuor, Aq. fervid. Libr. unam. — Disp. Fuld.: Rad. Gentian. Drachm. duas, Hb. Centaur. min., — Trifolii fibrin. āā Drachm. tres, Aq. ferv. Libr. unam — Ph. Genev.: Rad. Gentian. Drachm. duas, Hb. Centaur. min. Unc. semis, Aq. ferv. Libr. unam, colat. adde Aq. Cinnamomi Unc. semis. — Saunder: Rad Gentian. Unc. semis, — Zedoar Drachm. unam, Cort. Aurant. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Libr. unius, adde Aq. Cort. Aurant. Drachm. sex.

INFUSUM Geoffroy CONTRA HYDROPHOBIAM.

Rec. Hb. Galegae. — Rutae, — Rorismar., — Salviae, — Angelic. silvestr., — Grossulariae olentis, — Lepidii latifol., — Spongiolae, Fol. et Rad. Bellid. silvestr., Flor. Rosar. silvestr., Bulborum Allii āā part. aequales, contunde, contusis pro singulis manipulis adde Salis comm. Unc. quatuor, Vini albi generosi Libr. quatuor, digesta per aliquot dies cola.

INFUSUM GRATIOLAE.

Ex Herbae Gratiolae Drachm. duabus parentur Infusi Unc. octo.

INFUSUM GUAJACI COMPOSITUM Gray.

Rec. Lign. Guajaci Unc. sex, Rad. Liquir. Unc. unam, Cort. Sassafras Unc. semis, Sem. Coriandri Drachm. unam, Aq. comm. fervid. Libr. octo, infunde per 3 dies, cola.

INFUSUM HAEMOSTATICUM Pierquin.

Rec. Flor. Rosar. rubr. sicc. Unc. semis, Aceti cochlearia tria majora, Sacch. albi Unc. unam, Aq. ferv. Libr. duas.

INFUSUM HEDERAE TERRESTRIS Ph. Gall. mil.

Rec. Hb Hederae terrestr. Drachm. duas, Rad. Liquir. Drachm. unam, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sedecim.

INFUSUM HELLEBORI NIGRI Hoffmanni.

Rec. Fol. Helleb. nigri, Rad. Polypodii quercini, Fol. Senn. āā Unc. unam, Hb. Card. bened., — Trifol. fibrin. āā Drachm. duas, Ligni colubrin., Cort. Chin., — Aurant. rec.

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf
urn:nbn:de:hbz:061:2-170077-p0496-2
DFG

āā Drachm. tres, Limatur. Ferri, Tartari tartarisati āā Unc. semis, infunde Spir. Sal. Ammon. caust. Drachm. duas, Vini albi Libr. quinque et semis

INFUSUM HELMINTHOCHORTI.
Soubeiran: Musc. Helminthoch. Unc. semis, infunde Aq. ferv. Unc. quatuor. (Cf. Inf. anthelminth.)

INFUSUM AD HEMICRANIAM Sainte-Marie.
Rec. Hb. Trifol. fibr. Drachm. unam, Aq. ferv. Libr. unam, colat. adde Syrup. Valerian. Unc. duas.

INFUSUM AD HYDROPEM, s. antihydropicum, s. hydropicum.
Swediaur: Rec. Infusi amari, — ad paralysin āā Libr. unam. — Vogt: Pulv. Rad. Scill. Scrup. unum ad duos, Rad. Galang. min. Drachm. quinque, Humuli Lupuli Drachm. decem, inf. Spir. Frumenti q. s. ad colat. Unc. octo, adde Spir. Nitri dulc. Drachm. tres, Elaeosacch. Junip. Unc. semis.

INFUSUM HYSSOPI. Hyſopaufguß.
Ph. Gall. mil.: Rec. Hb. Hyssopi Drachm. duas et semis, Rad. Liquir. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Libr. duarum.

INFUSUM INCITANS. Reizender Aufguß.
Burdach: Rec. Fl. Sambuc. Unc. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, adde Spir. Mindereri Unc. unam, Sal. Cornu Cervi crudi Scrup. unum, Sacch. Unc. semis. — Sundelin: Rad. Calami arom. Drachm. unam, Fl. Arnic. Drachm. tres, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sex, adde Sal. Succini volat. crud. Scrup. unum, Syr. Alth. Unc. unam et semis. — Berends: Rad. Arnic., — Columbo āā Drachm. duas, Cort. Cascarill. Drachm. tres, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. septem, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam; vel: Rad. Valer. Unc. semis, — Seneg. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sex, adde Spir. Salis dulcis Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam; vel: Rad. Valer., — Serpentar. āā Drachm. duas, Cort. Chin. Unc. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sex, Spir. Salis dulcis Drachm. unam, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam; vel: Rad. Arnic. Drachm. duas, f. inf. Unc. sex, adde Gummi Arab. Drachm. duas, Syr. Cort. Aurant. Unc. unam.

INFUSUM IPECACUANHAE. Ipecacuanha-aufguß.
Disp. Fuld., Lipp.: Rec. Rad. Ipecac. grossiusc. pulv. Drachm. duas, Aq. comm. ferv. Unc. sex. — Ph. Amstel., Hann. dictum Gianellae: Rad. Ipecacuanh. Drachm. unam et semis, Cort. Aurant. Drachm. duas, Cremor. Tartari Drachm. semis, infunde Aq. ferv. Unc. quinque; colaturae Unc. quatuor adde Oxymell. scillit. Unc. semis. — Richter: Rad. Ipecac. Scrup. unum, Aq. ferv. Unc. quatuor, colaturae adde Syr. Alth. Unc. unam, Sacch. albi Unc. semis.

INFUSUM IPECACUANHAE VINOSUM, vid. Vinum Ipecacuanhae.

INFUSUM JACEAE, s. Herbae Jaceae.
Augustin: Rec. Hb. Jaceae Drachm. duas, Aq. ferv. Unc. duas, col. adde Vini antimon. Scrup. unum, Syr. Alth. Drachm. duas; vel: Hb. Jaceae, Sacch. Lactis āā Drachm. duas, Lactis Sulph., Magnes. alb. āā Drachm. semis.

INFUSUM JAPONICUM, vid. Infusum Catechu (p. 471).

INFUSUM JUGLANDIS COMPOSITUM Swediaur.
Rec. Cort. Jugland. sicc., Fol. Jugland. āā Unc. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Libr. octo, colat. adde Calcis salit. Unc. unam et semis.

INFUSUM JUNIPERI vid. Infusum Baccarum Juniperi (p. 470).

INFUSUM KALI CARBONICI CUM SCILLA VINOSUM Augustin.
Rec. Ciner. clavell. depur. Unc. semis, Rad. Scill. Scrup. unum, Cinnamom. Drachm. duas, Vini albi Unc. octo.

INFUSUM KRAMERIAE vid. Infusum Ratanhiae.

INFUSUM LACCAE IN GRANIS Ph. Bavar.
Rec. Aluminis Drachm. unam, Lacc. in Granis Drachm. quinque, inf. Aq. dest. ferv. Unc. quatuor et semis, digere per 3 dies, colat. adde Spir. Cochleariae Drachm. quinque.

INFUSUM LAUROCERASI, s. Foliorum Laurocerasi Cadet.
Rec. Fol. Laurocerasi recent. Unc. quatuor, Aq. ferv. Libr. duas, colat. adde Mell. despum. Unc. quatuor.

INFUSUM LAVENDULAE Ph. Gall. mil.
Rec. Summitat. Lavand., Rad. Liquir. āā Drachm. duas et semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Libr. duarum.

INFUSUM LAXATIVUM, vid. Aqua laxativa p. 73 et 74).

INFUSUM LAXANS Sundelin.
Rec. Fol. Senn. Drachm. unam et semis, Hb. Millefol. Drachm. tres, Sem. Carv. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. duarum vel trium, adde Natri phosphor., Syr. Mann. āā Unc. semis; vel: Rad. Rhei Drachm. semis, ad sesqui, Sal. Sodae Scrup. unum, Aq. ferv. ad colat. Unc. trium, Elaeosacch. Anisi Drachm. tres.

INFUSUM LIGNI SASSAFRAS, s. Sassafras.
Ph. Gall. mil.: Ex Uncia Ligni parentur Unciae octo Infusi.

INFUSUM LINI, s. Lini compositum, s. Lini usitatissimi. Leinſaamenaufguß.
Ph. Amer., Lond. 1824, Suec.: Rec. Sem. Lini contusi Unc. unam, Rad. Liquir. Unc. semis, infunde Aq. ferv. Unc. triginta duas, digesta per horas 4 cola. — Ph. Lond. 1836: Sem. Lini Unc. unam et semis, cet. par. — Ph. Ruth. castr.: Sem. Lini Unc. duas, Rad. Liquir. Unc. semis, Aq. ferv. Libr. quatuor.

INFUSUM LIQUIRITIAE, s. Radicis Glycyrrhizae. Süßholzwurzelaufguß.
Ph. Bor. castr.: Rec. Rad. Liquir. Unc. unam, Aq. ferv. Unc. novem ad decem.

INFUSUM LIQUIRITIAE ET SENEGAE Augustin.
Rec. Rad. Liquir. Drachm. duas, — Seneg. Drachm. semis ad unam, inf. Aq. ferv. Unc. tres, colat. adde Elixir paregoric. Drachm. unum, Syr. Althaeae Unc. semis.

INFUSUM LUPULI, Hopfenaufguß.
Ph. Lond. 1836: Rec. Strobil. Lupuli Drachm. sex, inf. Aq. ferv. Unc. sedecim.

INFUSUM MALTHI, s. Bynes, s. Binae. Malzaufguß.
Ph. Suec.: Rec. Malthi grossiuscule moliti Unc. unam, inf. Aq. ferv. Libr. unam. — Disp. Lipp.: Malthi Unc. quatuor, Aq. ferv. Libr. unam.

INFUSUM MALVAE, s. bechicum. Malvenaufguß.
Ph. Gall. mil.: Rec. Hb. Malv. Drachm. duas, Rad. Liquir. Drachm. unam, Aq. ferv. Unc sedecim. Florum Malvae paratur infusum e. g. ex Unc. semis Libr. una.

INFUSUM MELISSAE. Melissenaufguß.
Ph. Gall. mil.: Rec. Hb. Meliss., Rad. Liquir. āā Drachm. duas et semis, Aq. ferv. Libr duas.

INFUSUM MENTHAE. Menthaaufguß.
Ph. Gall. mil.: Rec. Hc. Menth. pip., Rad. Liquir. āā Unc. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sedecim. — Ph. Dan. mil.: Hb. Menth. Drachm. unam, Aq ferv. Libr. unam. — Ph. Ruth. castr.: Hb. Menth. Unc. unam, Aq. ferv. Libr unam.

INFUSUM MENTHAE COMPOSITUM Ph. Dublin.
Rec. Hb. Menth. viridis sicc. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. sex, adde Sacch. alb. Drachm. duas, Ol. Menth. virid. Gutt. tres, solutas in Tinct. Cardamomi comp. Unc. dimidia. — Gray: Hb. Menth. virid. Unc. unam et semis, Flor. Rosar. rubr. Drachm. unam et semis, Aq. ferv. Unc sedecim, Spir. Vitrioli Drachm. unam, colat. adde Spir. Vitrioli Drachm. unam, Sacch. alb. Unc. unam et semis. — *Vis:* antiemetica.

INFUSUM MENYANTHIS, vid. Inf. Trifolii fibrini.

INFUSUM MILLEPEDUM. Kellerwurmaufguß.
Ph. Sard.: Rec Milleped. vivent. contus. Drachm. sex, Aq. dest. Unc tres, Spir Vini rect Unc. unam, macera per horam et exprime.

INFUSUM NARCOTICUM Jahn.
Rec. Hb. Digital. purp. Drachm. semis ad unam, Sem. Phellandr. aquat. Unc. semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. quatuor, Spir. Salis dulc. Drachm. unam, Syr. Alth. Unc. semis.

INFUSUM NERVINUM Saunder.
Rec. Rad. Valerian. Unc. unam et semis, Decoct. Chinae Libr. duas, infunde, adde colaturae Syr. Chamomill. Unc. unam et semis, Camphor. cum Gummi Arab. trit. Gran. viginti.

INFUSUM NERVINUM AETHEREUM Brera.
Rec. Rad. Arnic. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad. colat. Unc. sex, colat. adde Naphth. Vitrioli Scrup. duos.

INFUSUM NERVINUM MARTIALE Brera.
Rec. Flor. Arnic. Drachm. duas, Aq. ferv. q. s. ad colat. Unc. septem, adde Elixir. acid. Hall. Drachm. unam, Tinct. Ferr. pomat. Drachm. semis.

INFUSUM NICOTIANAE, vid. Infusum Tabaci.

INFUSUM NYMPHAEAE, s. Florum Nymphaeae Ph. Sard.
Rec. Flor. Nymph. Unc. duas, Aq. ferv. Unc. octo.

INFUSUM OPII AQUOSUM Ratier.
Rec. Opii Unc. unam, Aq. dest. Unc. octo, infunde, filtra, adde Spir. Vini rectificatiss. Unc. semiss.

INFUSUM ORCHIDIS vid. Infusum Salep.

INFUSUM ORIGANI Ph. Gall. mil.
Rec. Summitat. Origani, Rad. Liquir. āā Drachm. duas et semis, Aq. ferv. q. s. ad colat. Libr. duarum.

INFUSUM PAPAVERIS RHOEADOS.
Ex Drachma Florum paretur Infusi Libr. una. (Cf. Infusum bechicum.)

INFUSUM AD PARALYSIN Saunder.
Rec. Rad. Armorac., Sem. Sinap. āā Unc. unam et semis, Aq. ferv. Libr. duas, col. adde Spir. Vini rectiss. Unc. duas.

INFUSUM PAREIRAE PRAVAE Ph. Lond. 1836.
Rec. Rad. Pareirae pravae Drachm. sex, Aq. ferv. Unc. sedecim.

INFUSUM PASTAE ALTHAEAE Augustin.
Rec. Past. Alth. Unc. semis ad duas, Aq. ferv. Libr. tres, solve, adde Succi Citri q. s. ad acorem gratum.

INFUSUM PECTORALE Swediaur.
